

ad monasteriū scī benedicti in quo mona
chicum habitum susceperat relatum est.
Dcclui. Heistulfus rex langobardorū
quā quam anno superiore obsides dedisset
& dereddenda scāe romane ecclesie iustitia
tā se quā optimates suos iure iurando obstrin
xisset. Nihil de pmissis opere compleuit. prop
ter hoc pippinus rex iterum cum exercitu
italiam intrauit. Et heistulfū in papia ciui
tate se includentem obsedit. & obsidione ad
impletionē pmissorū suorū conpulit. reddi
tamq sibi rauennā & pentapolim & omnem
exarchatū ad rauennā ptinentem ad scm
petrum tradidit. atq his pactis in galliam
reuersus est. Heistulfus autē post abcessū eius
cum meditaretur quomodo sua promissa non
tam impleret. quam dolose ea quae impleta
fuerant conmutaret. in uenatione de equo
suo casu prolapsus est. atq ex hoc aegritu
dine contracta intra paucos dies uiuendi
terminū fecit. Cui desiderius qui comes
stabuli eī erat successit in regnū. Dcclui.
Constantinus ipperator misit pippino regi

58v.

Österreichische Nationalbibliothek
Digitale Services
UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Österreichische Nationalbibliothek
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Österreichische Nationalbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/onb_cod510_foll31-133/0056